



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Haecmvndanvm, Vulgò Egmundanum, monasterium, sesquimilliari ab  
Alcmaria Hollandiae opido olim situm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

xium, ex Amalandia in Frisiam, anno millesimo centesimo nono, Conrado Ultraiectino Episcopo consentiente, transposuit. Estque templum S. Ioanni Baptistæ ab Episcopo consecratum, & cœnobium istud à loco B. Ioannis baptismate celebri, Bethabora nominatum. *Ista nobis vir eruditus, ac religiosus, ex vetusto quodam Frisæ Chronico, transcripsit.*

*Est autem Amalandia insula Frisæ Occidentali opposita.*

### HAECMVNDANVM,

*Vulgò Egmondanum, monasterium, sesquimillari ab Alcmaria Hollandiæ opido olim situm.*

**T**heodericus senior ex magno deuotionis adfectu construxit ligneum in Egmondacœnobium, in quo sanctimoniales locauit, quibus vitæ necessaria copiosè tradidit. Ex eo verò collegio quædam puella diuinitus inspirata Theodericum Comitem admonuit sarcophagum beati confessoris Adelberti quantocyùs aperire, & sanctas reliquias ad monasterium puellarum transferre. Et ecce quamprimùm clerus sepulcrum eiusdem almidici Patris aperuit, pallium sanctissimi corporis integrum ab omni labe incorruptum apparuit. Crux etiam aurea supra pectus eius ibidem inuenta est, quæ contra varias ægri- tudines medicina salutaris est. Fons insuper

liquo.

An. 1109.

Aliàs Bethania,

Theodericus J. Hollandiæ Comes.

liquoris limpidi sub ipsius tumba confestim exsiliit, qui vsque in præsentem diem copiosius emanauit.

*Theodericus II. Hollandia Comes.*

*Et infra:* Theodericus, post obitum patris sui Theoderici, Frisonibus discordare cœpit, quos cum triumphali gladio ditioni suæ subegit. Quapropter idem Comes ædificauit lapideum in Egmonda monasterium, & amoniamonialibus, plantauit ibidem de religione S. Benedicti monachorum collegium, qui continuè Deo deuotum obsequium impenderent, & cum opus esset diris Frisonum insultibus obsisterent. His ergò Comes, Egmondensem Ecclesiam largis dotando possessionibus, obtulit Historiam tripartitam, & textum quattuor Euangelistarum auro fuluo, pretiosisque lapidibus circumtectum. Nihilominus Hildegundis Comitissa consimiliter obtulit eidem Ecclesiæ de liberali munificentia super altare \* torquem aureum, cum multimodis gemmis incomparabilis pretij valdè fulgidum, de cuius cacumine lapis, vt fertur, \* hostularius furtiuè sublatus fuit, qui nocturnis temporibus totum sacrarium radijs emicantibus illustrauit. *Ita Joannes Becanus in manuscripto Ultraiectinae Ecclesiæ Chronico.*

\* *In MS. habetur. tum foridum. \* ostulanus, vel ostratus.*

*Eadem tradit Ioannes Leidenfis, in manuscripto suo Hollandia Chronico, additq̃, Theodericum Iuniorum Comitem collocasse sanctimonialia Egmondana non longè ab opido Harlemensi, prope villam Hirmste, in loco qui dicitur Bonnenbroec, & prohibuisse,*

*ne de*

ne de cetero sanctimonialies adsumeretur aut inuestirentur, vt sic tandem, deficientibus personis, vita illarum ad finem deduceretur, & reditus ad monasterium Egmondense redirent.

## CAPVT XLVIII.

*Metense monasterium, vulgò Meten, in Ba-  
uaria.*

**S**itum id est non procul à *Deckendorf* & Danubio, fundatum à Carolo Magno an. 882. vt vult Auentinus. Fuit primò Canonicorum, quos Henricus Pius, Dux Austriae & Bauariae Amòst & *Phaffenmunster* apud Straubingum collocavit, Benedictinis monachis substitutis, anno 1155. vel 1156. Ita Hundius.

## CAPVT XLIX.

*Monasterium Regium S. Benedicti, prope opidum de Sahagun, Vulgò de S. Benito & Real de Sagagun.*

**D**otatum atq; instauratum est hoc monasterium Sagaguntinum veteribus Cenonense per Regem Alfonso cognomento Magnum eiusque uxorem Ximenam.

nam.